Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



si in ostendit deus nociez aez a immundi dicit hominem ppe qd si du-
bitare ueni a cornelio Iudico ergo ob quam causam accersisti me. Et
Cornelius ait a nudius quartus die usqi ad hanc horam orans eam hora
nona i domo mea et ecce uir stetit ante me i ueste candida et ait
Cornelii exaudita e oratio tua et eleemosine tue memorate sunt i conspectu
dei. mitte ergo i Joppen et accersi Symonem qui cognomentum Petrus. hic
hospitatur i domo Symonis coriarii iuxta mare. Confestim i misi
ad te. et tu bene fecisti ueniendo. Nunc i omnes i conspectu tuo assumus
audire omnia quecumque tibi sunt precepta a domino. Aperiens autem Petrus os
suum dixit. In ueritate comperi quia non est personarum acceptor deus sed i
omni gente qui timet eum et operatur iustitiam acceptus e illi. Verbum enim
misit filiis israhel. annuncians pacem per iesum xpm hic e omnium
dominus Vos scitis quod factum e uerbum per uniuersam Iudeam. Incipiens
enim a galilea post baptismum qd predicauit Iohannes Iesu a Nazareth.
quomodo unxit eum deus spiritu sancto et uirtute qui pertransiuit benefaciendo et sa-
nando omnes oppressos a diabolo quia deus erat cum illo Et nos testes
sumus omnium quecumque fecit i regione Iudee et Ierusalem. quem interfecerunt sus-
pendentes i lignum hunc deus suscitauit tertia die et dedit eum mani-
festum fieri non omni plebi sed testibus predestinatis a deo nobis qui manducaui-
mus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis et precepit nobis
predicare populo et testificari quia ipse est qui constitutus e a deo iudex
uiuorum et mortuorum et huic omnes prophete testimonium perhibent remi-
ssionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt i eum. Adhuc
loquente petro uerba hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum
et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui uenerunt cum petro quia et
i nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes
linguis et magnificantes deum Tunc respondit petrus. Nuqi aqua
quis prohibere potest ne non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut
et nos. et iussit eos i nomine ihu xpi baptizari Tunc rogauerunt eum
ut maneret apud eos aliquibus diebus Et factum e. XI

Audierunt autem apostoli et fratres. qui erant i Iudea quoniam i
gentes receperunt uerbum dei Cum ascendisset autem petrus
Ierosolima. disceptabant aduersum illum qui erant ex circumcisione
dicentes. Quare introisti ad uiros preputium habentes et manducasti
cum illis quapropter ait Petrus exponebat illis ordine dicens Ego eram.